QK. 247
Zb 5816
X 2044673

# J. P. HEBENSTREITII,

Moralium ac Politices Prof. P. Ordina-
rii, & Facultatis Philoſophicæ p. t. Decani

# EPISTOLA

ad

*Generoſos & Nobiliſſimos in florentiſſima Acade-
mia Jenenſi*

## STVDIOSOS,

quâ

ſuas tùm publicas tùm privatas Lectiones
ſignificat.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75472-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75472-p0002-0

*Generoſi, Nobiliſſimique Commilitones,*

*Amici perdilecti,*

UT hâc extra ordinem epiſtolâ vos compellem, inopinata qvædam rerum mearum conditio, & deficiens qvæcunq; alia Vos omnes alloqvendi copia me impellit. Eò enim in hac temporum iniqvitate, qvam tamen applauſus Veſter ſingularis emollit, nunc ventum eſt, ut ſchedæ lectionum mearum tàm philoſophicarum qvàm theologicarum indices citra magiſtratus voluntatem ex loco publico, attonitis Vobis magnamqve partem gementibus, avellantur. Ac licet vis repelli vi facilè vel ad nutum meum qveat, omne tamen ſcandalum qvivis Chriſtianum nomen profeſſi, inprimis verò Theologiæ addicti, averſari magnopere & refugere tenentur, omnesqve aliæ prius ineundæ ſunt viæ, qvàm graviora remedia in ſubſidium advocentur. Qvamobrem ſcriptô hôc innocente Vobis ea, qvæ futuro ſemeſtri ſive pu-

blicè ſive domi tradere decrevi, diſertius paulò ſignificandum duxi. Nimirùm cùm non ſolùm ad Philoſophiam in ſcholis publicis illuſtrandam clementiſſimè evocatus ſim, ſed & Theologiæ privatos intra parietes interpretandæ facultatem à SERENISSIMIS SAXONIÆ DVCIBVS, qveis Veſtra ſalus cordi eſt, ſupplicantibus Vobis atqve jam plaudentibus in florentiſſima hac ſcientiarum palæſtra acceperim, qvid ex utraqve parte facturus ſim poſthac, ordine exponam. Ac primùm qvidem, cùm moralium ac civilium profeſſionem ex *Clementiſſimorum Nutritorum* beneficio adhuc adminiſtrem, potiſſimam practicæ Philoſophiæ partem, Theologiam naturalem *activam*, per publicas prælectiones ſedulitate nunqvam infractâ explanabo. *Sublatâ* enim *pietate fides etiam ſocietatis & humani generis, & una excellentiſſima virtus, juſtitia tollitur*: qvemadmodum vel in ipſis ethnicarum ſuperſtitionum tenebres *Cicero* (a) jam olim argutè obſervavit. Qvippe ſublatâ religione, adeoqve & Numinis metu, qvi pars religionis eſt, remotò validiores, ubi propriis fiſi fuerint viribus, imbecilliores pro libitu & omni in univerſum obligatione abruptâ laces-

(*a*) *Libr. I. de Nat. Deor.*

laceſſent, ac vexabunt injuriis, nec honeſtatis; nec pudoris ullam habentes rationem. Rectè *Ambroſius* (b) jam olim *Nihil eſt*, inqvit, *qvod magis proficiat ad vitam honeſtam, qvàm ut credamus, eum judicem futurum, qvem & occulta non fallant, indecora offendant, & honeſta delectent.* Sapienter & *Lactantius* (c) monet, multum refrenare hominis conſcientiam, ſi credamus, nos in conſpectu Dei vivere, ſi non tantùm, qvæ gerimus, videri deſuper, ſed etiam qvæ cogitamus aut loqvimur, audiri à Deo putemus. Qvare ſuffragor minimè *Pufendorffii* illuſtris, qvi aliàs barbariei columina ſubvertit maſculè, hiſce aſſertis: *doctrinam naturalem de religione naturali nativam velut ſedem in diſciplina juris naturalis non ſortiri*; itemqve doctrinam de religione naturali non eſſe Philoſophiæ moralis *partem*, *ſed naturalis de Deo doctrinæ conſectarium.* Atqve ut naturalem Theologiam breviori ſpatio in publicis ſcholis abſolvatis, haud fatigabo Vos gravi dictandi ſcribendiqve labore, ſed iſtius ſcientiæ ſyſtema à me elaboratum, jamqve in ſecunda editione in publicum emiſſum, ſubjunctis ſemper



(b) *Offic. Libr. I. c. XXVI.*
(c) *Libr. de ira Dei c. VII.*

inde promanantibus legibus naturæ, explanabo. Eandem diſciplinam ut exqviſitius multò excolatis, ſeptimanis ſingulis exercitationem qvandam, ceu jam cœptum eſt, in publico eruditorum conflictu excutiam. Domi autem reliqvos diſciplinarum Philoſophicarum circulos emetiar, atqve inprimis Logicam, Metaphyſicam & Ethicam ſecundum ſyſtematum à me editorum ductum interpretabor. *Panſophicum*, qvod vocant, Collegium à ſelectiſſimis ingeniis freqventatum indefeſſa ſedulitate continuabo, inqve eo, qvàm curæ mihi ſint ſtudiorum Veſtrorum incrementa, ipſo opere commonſtrabo.

Cæterùm privatis in Compendium Bajerianum lectionibus, qvas SERENISSIMI NVTRITORES clementiſſimè mihi indulſére, ante menſtruum, & qvod excurrit fortè, ſpatium cum auditorum fructu immensâ NVMINIS gratiâ ſublevatus colophonem impoſui. Nunc, cum præſtantiſſimi Commilitones denuò iſtiusmodi ſcholas omnibus votis expetierint, ad provehendos nobiliſſimæ juventutis profectus labores illos non deprecabor, ſed propediem omni virium animiqve contentione exordiar. Eô

autem

autem pactô ſcholas Theologicas domi inſtruam, ut non tantùm Theologiæ poſitivo-Polemicæ, ſed Moralis qvoqve, ac Caſualis præcipua capita ſecundùm exqviſiti illius Compendii ductum ſuccinctè tradam. Certè enim eâ ἀκριβείᾳ & admirandâ brevitate à Beato Autore Loci ſinguli contexti ſunt, ut caſus difficiliores in obeundo Miniſterio Eccleſiaſtico negotium faceſſentes inde qveant decidi. Cùm verò diſcurſus mei in laudatum Compendium qvondam adornati in multorum jam manibus verſentur, nec hîc dictando temporis multum abſumam, ut qvotidiano duarum horarum impendio circa feſtum Michaelis ex Auditorum deſideriis totus labor ad finem fauſtum perduci poſſit. Non ruo temerario auſu impetuqve præcoce ad ſacras iſtas prælectiones, ſed, ut academiæ flori conſulam, Principumqve Optimorum voluntati nunc qvoqve ſatisfaciam, negotium hoc arduum invidiæqve plenum aggredior. Nec verò turbari Vos patiamini ſcripto iſto inhumano, qvod duo Theologiæ Profeſſores, impotentis ac ſævi capitis conſilio abrepti, paucis abhinc diebus contra me ediderunt. Totam qvippe rem ſecus ſe

ha-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75472-p0007-7

habere, annexa hìc ipſa SERENISSIMORVM PRINCIPVM reſcripta eoqve, qvo ad noſtram venére academiam, ordine diſpoſita, edocebunt. Valete, Amici dilectiſſimi, & favete Profeſſori pro ſtudiis veſtris dies noctesqve laboranti. Scribebam in academia Jenenſi

A. O. MDCXCVI.

## Num. I.

# Von Gottes Gnaden Albrecht / Herzog zu Sachſen / Jülich / Cleve und Berg / auch Engern und Weſtphalen ꝛc.

Unſern gnädigſten Gruß zuvor / Würdige / Hoch- und Wohlgelahrte / Liebe Andächtige und Getreue ꝛc.

NAchdem bey Uns der Profeſſor Moralium bey Unſerer Fürſtl. geſambten Univerſität zu Jena M. Hebenſtreit / umb Verſtattung ein Collegium privatum Theologicum zu halten / oder ihme das Prædicat eines Profeſſoris extraordinarii in ſothaner Facultät gnädigſt beyzulegen / anderweit unterthänigſt Anſuchung gethan / Wir auch nach Beſchaffenheit ein und anderer beywaltenden Umbſtände / und da ſeithero ſo gar einigen Studioſis Theologiæ dergleichen verſtattet worden ſeyn ſolle / mit Unſer übrigen Herrn Cointereſſenten und Univerſitäts Nutritorum Liebden dahin vereiniget / daß ihme M. Hebenſtreiten gebethener Maßen privatim zuleſen / jedoch zur Zeit ohne Beylegung eines andern Prædicats nicht zuverwehren ſey. Als begehren Wir

hiemit gnädigſt / ihr wollet ſolches ſowohl Ihme / als förderlichſt der Theologiſchen Facultät zu beyderſeitiger Nachricht und gehorſamſter Nachachtung behörig eröffnen. Daran geſchiehet Unſer Will und Meinung / und Wir ſind euch in Gnaden gewogen. Datum Coburg zur Ehrenburg den 18. Martii Anno 1695.

**Albrecht / H. zu S.**

## Num. II.

**Von GOttes Gnaden Wilhelm Ernſt / Hertzog zu Sachſen / Jülich / Cleve und Berg / auch Engern und Weſtphalen ꝛc.**

**Unſern gnädigſten Gruß zuvor / Würdige / Hoch- und Wohlgelahrte / Liebe Andächtige und Getreue /**

IHr habt Euch annoch gehorſamſt zu erinnern / was in vorigen Jahre wegen Profeſſor Hebenſtreits privatim angefangenen Collegii Theologici, uud in ſpecie über D. Bajers

Com-

Compendium Theologiæ poſitivæ fürgegangen/ und was ſowohl von Uns / als Unſers Herrn Vetters zu Eiſenach Lden deshalber an Euch gnädigſt reſcribiret worden / Wann dann bey Uns nicht nur obbemeldter Profeſſor Hebenſtreit anderweit / ſondern auch verſchiedene allhier zu gegen-geweſene Studioſi unterthänigſt einkommen/und ům weitere Haltung obbeſagten Collegii , nechſt Vorſtellung ein und anderer beweglichen Motiven gehorſamſt gebeten / Wir auch darauff mit Unſers Freundl. geliebten Herrn Vetters zu Eiſenach Lden aus dieſer Sache freundliche Communication gepflogen/ und Uns miteinander dahin freundlich vereinbahret / daß oberwehntem Hebenſtreiten in Anſehung der von GOTT Ihm verliehenen guten Gaben und des der ſtudirenden Jugend daraus zu erwarten habenden Nutzens Collegia Theologica privatim zu halten / und in ſpecie das von demſelben angefangene Compendium Bejerianum Theologiæ poſitivæ ferner zu continuiren / vergönnet und nachgelaſſen werden ſolle / Geſtalt dann auch Hochermeldtes Unſers Herrn Vetters zu Eiſenach Lden ſich gegen Uns freundlich erkläret / das vormahls von deroſelben an Euch in dieſer Sache ergangene Inhibition- und Pœnal-Mandat wieder-

umb zu caſſiren und auffzuheben. Als begehren Wir vor Uns / und Directoriali nomine Unſers Fürſtl. Samthauſes Weimar / hiermit gnädigſt / Ihr wollet dieſes Unſer Fürſtl. Reſcript mehrgenandtem Profeſſori Hebenſtreiten ohnverlängt publiciren / und / daß Er nunmehro ſo wohl Collegia Theologica, und zwar privatim auff die von Ihm ſelbſt vorgeſchlagene / und Euch nicht unbekandte Maaße halten / als auch mit Leſung über das Compendium Baierianum fortfahren möge / anzeigen / Geſtalt dann biß an Uns Ihr denſelben allenthalben zuſchützen habet.

An deme geſchicht Unſer Meinung / und ſeind Euch mit Gnaden gewogen / Geben Weimar zur Wilhelmsburg am 4. Martii 1695.

**Wilhelm Ernſt / H. zu S.**

Num.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75472-p0012-5

# Num. III.

## Von GOttes Gnaden Friedrich / Hertzog zu Sachſen/ Jülich/ Cleve und Berg/ auch Engern und Weſtphalen ꝛc.

Unſern gnädigſten Gruß zuvor / Würdige / Hoch- und Wohlgelahrte / Liebe / Andächtige und Getreue.

WIr ſind erinnert / was zwiſchen der Theologiſchen Facultät Unſerer geſambten Univerſität zu Jena und dem Profeſſore Hebenſtreiten / wegen eines privatim angefangenen Collegii Theologici ſich vor Irrungen ereignet / und was deßhalben vor Verordnung ergangen. Nachdem aber ietzo von neuen ein und andere Anſuchung geſchehen / daß ihm dermahlen wegen verſchiedener beywaltender Umſtände dergleichen Collegia privatim geſtattet werden möchten / So haben Wir endlich nach Uberlegung der Sachen Bewandnüß gewilliget / daß Ihm die privat Information in Theologicis, Wann er ſich ſeinem Euch bekandten Vorſchlage nach überall in behörigen Schrancken halten wird / nicht verwehret werden ſoll. Und begehren dahero vor Uns

und unſer Herren Vettern zu Roemhild / Hildburghaußen / Eiſenberg und Saalfeld Lbden. Lbden. Lbden. Lbden. gnädigſt / Ihr wollet Ihm davon Eröffnung thun / und verfügen / daß beſagter Profeſſor Hebenſtreit an ſolchen Collegiis obgedachter Maaßen / inſonderheit auch an dem über das Compendium Beierianum Theologiæ poſitivæ ſchon angefangenem ferner nicht gehindert werden ſolle. An dem geſchicht Unſere Meinung; Und Wir ſind Euch mit Gnaden gewogen. Datum Friedenſtein den 26. Martii Anno 1695.

Friedrich / H. zu S.

Num.

# Num. IV.

## Von GOttes Gnaden Joh. Georg/ Hertzog zu Sachſen/ Jülich/ Cleve und Berg/ auch Engern nnd Weſtphalen.

Unſern gnädigſten Gruß zuvor / Würdige/ Hoch- und Wohlgelahrte/ Liebe/ Andächtige und Getreue.

JHr erinnert Euch gehorſamſt / waß auff des Profeſſoris Politicæ & Moralium M. Hebenſtreits beſchehenes unterthänigſtes Anſuchen / wegen Verſtattung der privat Lectionum Theologicarum ehemahls an Euch gnädigſt reſcribiret / auch wie Jhm dergleichen Lectiones über das Compendium Baieri auff gewiſſe Maße zu halten/ in Gnaden zugelaſſen worden.

Wann denn bey Uns ermeldter Profeſſor Hebenſtreit anderweit ſupplicando einkommen / und daß Wir Jhm in dergleichen Lectionibus ferner fortzufahren gnädigſt erlauben möchten / unterthänigſt gebethen / Wir auch in Anſehung ſeines bißherigen Fleiſſes und erwieſener geſchickligkeit / auch dadurch bey der ſtudirenden Jugend geſchafften Nutzens Unſers Orts zufrieden ſeyn / daß

er zu

er zu Erbauung der Jugend und hieſiger Unſer geſambten Univerſität mit haltung der Collegiorum Theologicorum privatorum, wie bißhero geſchehen/ nach Endigung des ietzigen noch ferner fortfahren möge, Als verſehen Wir Uns zu Euch und begehren hiermit gnädigſt/ Ihr werdet und wollet Ihn dabey in Zukunfft ungehindert laſſen; an dem beſchicht Unſere Meinung/ und Wir bleiben Euch mit Gnaden beygethan. Datum Jehna den 28. Decembr. 1695.

**Joh. Georg H. zu S.**

QK. 247

# J. P. HEBENSTRE

Moralium ac Politices Prof

rii, & Facultatis Philoſophicæ p

# EPISTOL

ad

*Generoſos & Nobiliſſimos in floren*

*mia Jenenſi*

## STVDIOSOS

quâ

ſuas tùm publicas tùm privatas

ſignificat.

BIBLIOTHEC
PONICKAVIAN

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75472-p0017-3